

LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 169v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

diderit: neq; audire que circūsonant: neq; uidere que obstant. solemq.
Id vero siue ita est admirandum profecto est quō id fiat cum ad pectus
ex cerebro nullum iter pateat. Sin aut non est ita: tamen nihilominus
admirandum est: q diuina nescio qua ratione fiat: ut ita esse uideatur:
An pōt aliquis non admirari q sensus ille uiuus atq celestis: qui mēs vel
animus nūcupatur tante mobilitatis est: ut ne tum quidem cū sopitus
est. conquiescat. tante celeritatis: ut uno tempis puncto celum omne
collustret si uelit maria puolet. terras & urbes pagret: Omnia deniq; que
libuit q̄uis longe lateq; submota sunt in conspectu sibi ipe constituat & mi
ratur aliquis si diuina mens dei per uniūsas mundi partes intenta dis
currit & omnia regit. omnia moderatur: ubiq; pns. ubiq; diffusa cum tā
ta sit uis ac potestas mentis humane intra mortale corpus incluse
ut ne septis quidem grauis huius ac pigri corporis: cui illigata est co
erceri ullo pacto possit: quo minus sibi le liberam vagandi facultatem qe
tis impatiens largiatur. Siue igitur mens in capite habitat. siue in pectōe:
pōt ne aliqs comp̄hendere que uis rationis efficiat: ut sensus ille comp
hensibilis aut in medulla cerebri hereat. aut in illo sanguine biptito. q
est inclusus in corde. ac non ex eo ipso colligat: que tanta sit dei ptās. q ai
mus se ipsum non uidet. aut qualis. aut ubi sit: Nec si uideat. tamē p
spicere possit quo pacto rei corpali res incorpalis adiuncta sit. Siue & mē
tis locus nullus est: sed p totum corpus spsa discurrit: quod & fieri pt:
& a xenocrate platonis discipulo disputatū est: Si quidem sensus in
qualibet parte corporis presto est. nec quid sit mens. nec qualis intelli pōt:
Cum sit natura eius tam subtilis ac tenuis ut solidis uisceribus infusa:
Viuo & q̄i ardenti sensu membris omnibus misceatur: Illud aūt caue
ne unq̄ sile ueri putaueris: quod Aristoxenus dicit. mentem omino
nullam esse: sed q̄i harmoniam in fidibus ex constructione corpis & cō
pagibus uiscerum uim sentiendi existere: Musici n. intentionē concē
tumq; neruorū in integros modos sine ulla offensione consonantiū har
moniam vocant: Voluit igitur aīum sili ratione constare in homine q̄i
& concors modulatio constat in fidibus scilicet: ut singularū corporis
spatium firma coniūctio membrorūq; omnium consentiens in unū ui
gor motū illū sensibilem faciat animūq; concinnet. sicut neruī bene in
tenti conspirantem sonum & sicut in fidibus cum aliquid aut intrup
tum aut relaxatum est. omnis ratio canendi uexatur & soluitur: ita in
corpore cum pars aliqua membrorū duxerit uitium: destrui uniūsa:
corruptisq; omnibus atq; turbatis occidere sensum: eamq; mortē vocāt.

Verū ille si